Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8282
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

plange plora iniquitates et peccata quibus deum offendisti. Judica miserias tuas, onde malitias adversariorum tuorum. Denique coram eo te macerans lacrimis dic: Deprecor te ut memor sis mei. Ego enim ex quo cognovi te in christo, diligo te, et illuc mentem tuam desero ubi illicita cogit supplicium, et honesta promittet premium. Ad altare namque domini tui pro te sto, sed sacerdos tua me commutata memoria tu vero in vice reddes si me amavis et orationum tuarum me participem feceris. Ubi siquidem concordantem tecum presens esse desidero ubi pro te et tuis familiaribus devotas preces coram deo fundis. Ne miveris si dixi presens cum si me id amas quia sum dei ymago ita tibi presens sum ut tu ipse tibi. Cuicumque enim et spirabit homo eius sum, ymago autem dei est omnis anima racionalis. Proinde qui ymaginem dei in se querit tam proximum quam se querit, et qui illam in se querendo invenit in omni homine eandem cognoscit. Visio enim anime intellectus est. Si ergo te vides me vides quia nichil aliud sum quam tu, et si deum diligis me ymaginem dei diligis, et ego diligendo deum diligo te, et ita unum deum querimus et ad unum tendimus semper invicem nobis presentes sumus sed mundo in quo nos diligimus

Cum ad orandum sive psallendum etiam itraveris, sta tunc circumspicientibus cogitationum relinque tumultum, rerumque exteriorum penitus obliviscere ut soli deo possis vacare. Fieri non potest ut aliquis cum deo loquatur qui etiam cum toto mundo tantis fabulatur. Intende ergo illi qui intendit tibi, audi illum loquentem tibi, ut exaudiat te loquentem sibi. Ita fiet si divinis laudibus solvendis debita reverentia et sollicitudine assistas, sed singula verba divine scripture diligenter intendas non quia ego ista facta dico, sed quia facere velle et non fecisse penitet et non facere piget. Tu vero tunc maiori gratia confessa est votis ac devotis precibus prias aures domini ad te flecte lacrimis et suspiriis pro tuis commissis illum clementer exora atque ceteris spiritualibus in omnibus operibus tuis illum lauda et glorifica. Nichil enim supernis civibus magis spectare libet, nichil regi summo iocundius exhibetur. Sic ipse non testatur: Sacrificium laudis honorificabis me. O quam felix esses si spiritualibus oculis semel intueri posses quomodo preveniunt principes coniuncti psallentibus in medio iuvencularum tympanistriarum, et videas procul dubio quam curam quo ve tripudio intersunt cantantibus, assistunt orantibus, assunt meditantibus, presunt quiescentibus, atque peccantibus precipiunt. Diligunt siquidem cives superne patrie prelatos et presbiteros qui hereditatem capiunt salutis sollicite congaudent confortant instruunt protegunt providet